PAVLI· AEGINETAE ·DE· uictus ratione quolibet anni tempore utili.

Perpulchrum fuerit etiam anni tempora in uictus ratione conſiderare. Hyeme quidē & fortiori exercitatione, & pleniore cibo utendum eſt, præcipue ſi tempeſtas Aquilonia fuerit. Si uero auſtralis, ſimiliter exercitari oportet, ſed cibo potioniq; aliquid demere: atque in totum per tempus humidum, omnino aridum reddere corpus: per frigidum uero, calidius, ac tum carnes eſſe oleraq; calidiora, atq; uinum bibere meracius. Aduentante Vere, alius quidem per uomitum, alius per uentrem uacuetur, alius ſecta uena ſanguinem mittat, prout cuiuſque fuerit uel conſuetudo, uel animi promptitudo. Aeſtate confert quies, exercitatio remiſsior, atque cibus exiguus, qui quidem ex frigidiore genere deligēdus eſt: tum uero potioni adijcere, atque quicquid refrigerare humectareq; poſsit, adhibere oportet. Per autumnū maiori cautela opus eſt, quippe qui uſquequaque & inæqualis & inordinatus eſt, multiformesq; inducit morbos. Itaq; ne circa refrigerationē quid peccetur cauēdum eſt: à Venere quoq; & frigida potione abſtinendum. Neque uero aëri quis ſe credat, uel per matutinum frigus, uel per ardorem meridianū. Pomis impleri noxium eſt, non ob ſatietatem tantum, uerumetiam quoniam uitioſi humores inde naſcuntur, atq; flatum quoque excitant: ſiquidem

omnium fructuum optimi ficus uuæq;, & flatum pariunt, & alimenta corrumpunt, niſi ante alios cibos aſſumantur: præaſſumpti uero neque inflant, neque corrumpunt. Quũ frigeſcere cœperit aër, corpus pro frigoris ratione calefacere oportet, atq; omnia facere ut quũ hyems iam proceſſerit. Nec ab re fuerit reuoluto æquinoctio uacuare corpus ex aliquo eorum quæ diximus, ne redundantia quædam per hyemem retenta, moleſtiam inſerat.

DE VICTVS RATIONE FINIS.

BASILEAE, PER AND. CRATANDRVM, ET IO. BEBELIVM, MENSE AVGVSTO, AN. M. D. XXXII.

qs. ut cu frequentatione myſteriiſ creſcat nre ſalutiſ effectus. p.

Reſpice in me et miſerere mei domine DOM. III.

gaudium erit cora angli di. sup uno peccatore. pnitentia agente.

OF Sperent in te omis. SECR. Munera dne oblata scifica. ut tui

[illegible]

In ill tpr. Erant apppinquanteſ ad ihm publicani & peccatoreſ.
ut audirent illū. & murmurabant phariſei & ſcribę dicenteſ.
quia hic peccatoreſ recipit. & manducat cū illiſ. & ait ad illoſ
parabola iſtā dicenſ. Quiſ ex uob homo qui habet centū oueſ. & ſi
pdiderit unā ex illiſ. nonne dimittet nonaginta nouē in deſerto.
& uadit ad illā quę perierat. donec inueniat illā. Et cū inuenerit
eā. imponit in humeroſ ſuoſ gaudenſ. & ueniens domū. conuocat ami
coſ & uicinoſ dicenſ illiſ. Congratulamini mihi. quia inueni ouē meā
quę perierat. Dico uob. qđ ita gaudiū erit in cęlo ſup uno peccatore
penitentiā agente. quā ſup nonaginta nouē iuſtiſ qui n̄ indigent peni
tentia. Aut quę mulier habenſ dragmaſ decē. ſi pdiderit dragmā
unā. nonne accendit lucernā & euertit domū. & quęrit diligent
donec inueniat. & cū inuenerit. conuocat amicaſ & uicinaſ dicenſ.

Villā emi. & necesse habeo exire. & uidere illā. Rogo te. habe
me excusatū. Et alt̄ dixit. Iuga boum emi quinq;. & eo pbare
illa. Rogo te. habe me excusatū. & aliꝰ dixit. Uxorē duxi.
& ideo n̄ possū uenire. Rogo te. habe me excusatū. Et reuersꝰ
seruus. nunciauit hec dn̄o suo. Tunc iratꝰ pat familias. dixit
seruo suo. Exi cito in plateas & uicos ciuitatis. & pauperes ac
debiles. & cecos. & claudos introduc huc. & ait seruus. Dn̄e.
factū ē ut imperasti. & adhuc locꝰ ē. Et ait dn̄s seruo. Exi in uias
& sepes. & cōpelle intrare. ut impleat̄ domꝰ mea. Dico aut̄ uobis.
qd̄ nemo uirorū illorū q̄ uocati sunt. gustabit cenā meā.
Domine conuertere. SECR. Oblatio nos dn̄e tuo nomini di
canda purificet. & de die in diē ad celestis uitę transferat actionē. p.
Cantabo domino qui bona tri buit michi et psallam nomini domini
[illegible] S[illegible] [illegible] muneribus [illegible]

In ill tp̄r. Erant appropinquantes ad ihm publicani & peccatores.
ut audirent illū. & murmurabant pharisei & scribę dicentes.
quia hic peccatores recipit. & manducat cū illis. & ait ad illos
parabolā istā dicens. Quis ex uobis homo qui habet centū oues &